



Y, 18.

41567.

A Q<sup>DE</sup> V A,  
ABUNDANTIAE IN VTROQVE TESTAMENTO  
IMAGINE.

---

DISSE R T A T I O

QVA  
VIRO MAGNIFICO ET MAXIME VENERABILI  
**D. CAROLO CHRISTIANO**  
**TITTMANNO,**

NOVVM SVPREMI ŠAXONIAE SENATVS ECCLESIASTICI ASSESSO-  
RIS ET DIOCESES DRESDENSIS SVPERINTENDENTIS

MVNVS

ANNO MDCCCLXXXIX. SVSCEPTVM

PIE GRATVLANTVR

IOANNES DANIEL AVGVSTVS HOFMEIER, P. LETZENSISS.  
PETER LENISCH, P. BATINENSIS.

M. SAMVEL MÜLLER, FAST. SVBSTIT. MARZAHNENSIS.

M. IOANNES GEORGIVS GOTTHILF WAGNER, P. BLÖHNSD.  
M. GOTTLIEB CONRADI, SCHOL. ZAHN. RECT.

ET AVCTOR

M. AVGVSTVS MAVRITIVS RVNGIVS, ECCL. AP. ZAHN. DIAC.

---

SPECIMEN I.

DE AQVA SILOHAE LENITER FLVENTE.  
ES. VIII, 6. 7.

---

VITEBERGAE,

EXCVVDIT A. C. CHARISIVS.

8

A Q V A

VERANDHUNGSTAFEL IN ALTBÖHMISCHEM TESTAMENT

IM 1700. JAHRE

D 1700. JAHRE

LITERATUR DER SOCIETATIS MARIAE CLOVIS

DE CLOVIS ET CLOVI  
CLOVIANI

MONUMENTA SOCII MARIAE CLOVIS  
EX LIBRIS SOCIETATIS MARIAE CLOVIS

1700. JAHRE

EX LIBRIS SOCIETATIS MARIAE CLOVIS

1700. JAHRE


JOACHIMUS DAVIER AVOCATUS HONORABILIS & REPUTABILIS  
FESTIVITATIS PERNICII & TARTARICII

ACADEMIAE CLOVIANAE ET CLOVIANA  
ACADEMIAE CLOVIANAE ET CLOVIANA

DE CLOVIS ET CLOVI  
CLOVIANI

EX LIBRIS SOCIETATIS MARIAE CLOVIS  
1700. JAHRE

EX LIBRIS SOCIETATIS MARIAE CLOVIS  
1700. JAHRE

  
...l equi singulari, tam in humeris, quam in membris  
...tum surco, et in cunctis membris, quod in aliis, ut in  
...us, et in aliis, ut in aliis, non sicut in aliis, et in aliis, non  
...achinio, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis,  
...ex aliis, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis,  
...elegi, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis,  
...il, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis,  
...mam, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis,  
...mam, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis,  
...mam, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis, non sicut in aliis, et in aliis,  
**N**ulla in re efficacius atque insolentius fere aeris dominium cernitur, nisi in ista animi vi, quae vulgo *Phantasia* appellatur; quaeque ut vehementissimus est solis ardor, ita maxime surit, et tumultus quasi agitata, iustis se coerceri limitibus non patitur; vt potius vinculis moderationis ingenii abicit, libere atque dissolute peruvagando, immensam sane imaginum, comparisonum, similiumque multitudinem concepiat; in quarum vnu omnes fere sub sole vrenti viventes, quare etiam Orientis populi tanta lasciuia luxuriantur, vt saepe dubius haeceras; num audaciā obstupescas, qua interdum res conferuntur, quae similitudinem habere videntur, aut proorsus nullam; aut certe perparvam, et longissime petiatam: an ingenium adiutris potius, quod ex omnibus rebus, animatis et inanimatis, mutis et loquenteribus, caelestibus terrestribusque aliquam similitudinem venari, eaque aut docere, aut apertiorē rem facere, et ante oculos quasi posse possit. Ex quo igitur facilissime perficitur, hoc tam visitum, et consuetum scribendi loquendique genus, non a sacrī absuisse, nec abesse quidem potuisse scriptoribus, qui, dum sermones suos accommodare, ad vulgus, allicere homines ad

audiendum, et excitare audientes vellent, improprie s<sup>e</sup>pe loqui, et formulis vti debebant figuratis, quibus eorum scrip<sup>a</sup>ta tam plena sunt, vt interpreti non fatis p<sup>er</sup>ito haud leue inde enascatur onus tanto magis, quod plerumque a rebus naturalibus desuntae, non nisi accurata locorum cognitione intelliguntur. Ut igitur, quae diximus, comprobemus, exemplo sit aqua, quae improprie summa variorum s<sup>e</sup>pe aenigmatum occasionem dedit, quorum vim atque potentiam si quis recte cognoscere velit, necessis est, vt Orientis rationem praeprimis habeat; de nostra vero regione admodum diuersa non cogite. Aqua enim in terris calidis, atque vehementissimo foliis aestu flagrantibus, valde rara, maioris pretii, et super omnia fere aestimatur; licet interdum imbris, multo violentiores quam apud nos, plurimum nocant, torrentibus nimirum effectis, qui vulgo מַיִם vocati, maxime a peregrinato<sup>r</sup>ibus metuuntur. Atque exinde factum esse videtur, vt copia omnium rerum, seu abundantia quaedam, immo etiam contraria et repugnativa procul, bona malaque, modo affluentiae et multitudo<sup>n</sup>is cuiusdam notionem involuerent, per aquam depingerentur; cuius quidem rei vestigia apud veteres, sacros profanosque scriptores, priores in primis, haud dubia reperiuntur. Etenim quis nesciat, centies in scripturis utriusque Testamenti, aut summam felicitatem e pace, doctrina Euangelii, alias oriundam; aut maximam calamitatem, et deplorabilem vitae conditionem ea ipsa comparari. Nos igitur de aqua, abundantiae in utroque Testamento imagine, oblata occasione, scripturi, hoc ita nobis faciendum esse, arbitramur, vt, locis omnibus fatis notis, aut certe nulla difficultate laborantibus omisis, ea, quae difficiliora videntur, feliciter explicemusque.

Ordi-

Ordinatur igitur loco illustrissimo, Eccl. VIII, 6. 7. ubi  
Iehouah Iudeis, Israclitisque, admodum indignabundus com-  
minatur: sepe populum aquas Silohae leniter fluentes contem-  
nentem; quin etiam (populum,) suis Syrorumque viribus ni-  
mum confidentem, aquis fluuii validis, atque omnia secum  
rapientibus perditur. Nemo non videt, has locutiones,  
maximam partem, non proprias esse, sed figuratas: in qui-  
bus tamen explicandis non satis feliciter verbatimur, nisi pri-  
mo, paucis quibusdam ad Geographiam spectantibus praec-  
missis, docemus: quidnam exprimere voluerit propheta per  
aenigmata, quibus vtitur: deinde vero vim et praestantiam eor-  
um, atque adeo sumnam cum nouo Testamento confessio-  
nem ostendamus.

*Siloha*, Ebraice סִלּוֹהָ, Graece Σιλωάη, riulus est, qui  
ad radices montis Sion ebullit, et dimidiā sere hodiernæ  
Hierosolymæ partem circumfluit, a septentrione versus meri-  
diem vergens. Antiquissimum ei nomen fuisse *Gihon*, sunt  
qui dicant; neque inepti ut puto argumentis. Nesciunt ve-  
ro, quo factum sit, ut abieclo priori nomine posthaec *Silo-  
ha* appellaretur. Non quidem illi sumus, qui speciem quan-  
dam eruditiosi mentientes hisce minutis inhaerere, et ope-  
ram ingratam saepe, et inutilem, impendere velimus; at vero  
non obscure immutati nominis caufam innuere videtur Ioan-  
nes, qui Ev. IX, 7; expressis verbis addit: ὁ ἐγεννωται ἀπεσαλ-  
πυρος, i. e. misfus, seu beneficio diuino datus. Iam vero a-  
qua Silohae non modo limpidissima erat, ideoque ad restin-  
guendam litim maxime idonea; verum etiam, ob vim quan-  
dam sanandi, inter Iudeos adeo celebris, ut ipse feruator  
eam coecu commendaret, Ioh. IX, 7; neque non flagrum  
quoddam per Siloham effectum, cui nomen *Bethesdae* in-  
ditum fuisse legimus, ab aegrotis variis morborum generibus

A 2 affe-

affectis, magna frequentia appetitum suerit: Io. V. Quare verosimile est, fontem *Gihon*, quamprimum eius sanandi vis innotuerit, nomen *Silohae* accepisse, quasi singulari Dei prouidentia missus; tanquam gratissimum hominibus donum *datu*s sit. Ceterum, nec praetermittendum illud est, *Siloham* tamenibus aquis fluere, vt, teste SCHIZZIO peregrinatore, vix, ac ne vix quidem, hoc animaduertas. Quod vero *flumin* attinet, cuius mentio sic commate septimo, *Euphrates* intelligitur; hic enim fluvius saepissime καὶ ἐξεν, ut aiunt, γῆν vocatur.

Hae igitur aquae; tum *Silohae*, lenes atque salubres semper; tum *Euphratis*, rapidae atque perniciose interdum, sibi opponuntur. Neque de posterioribus dubium est, quia per istas intelligentur *Affryi* prope Euphratem habitantes, et a diuina prouidentia ad vindictam, de Iudeis Israelitisque ob multa eorum sceleris, sumendam, destinatos. Paulo difficulter vero priorum interpretatio videatur, formula וְנִזְמָן difficultate quadam laborante; quae tamen, re altius repetita, facile tollitur. Notum est enim Ahabum, tum temporis in Iudea regnante, et a duobus, Syris Israelitisque in regia obsecrum, iam eo adactum fuisse, vt prorsus meliora desperaret. In tanta igitur regis, subditorumque, trepidatione, propheta diuinitus instructus bene sperare iubet, pignore sanctiens promissa, firma, et laetissima queaque in posterum etiam pollicente: de quo quidem in variis variorum interpretationibus, (quibus immorari non possumus,) hoc certe inter plurimos confat; insigne esse de Christo vaticinium, et omni per illum speranda felicitate; nomina simul cum omni coniuncto. At vero huic prodigio fide denegata, cum rex atque populus, Assyrios, multa mercede emtos, in subsidium vocassent, Jehouah tam Iudeis, spreti auxilia a se ylro oblati reis;

¶ + ¶

reis; tum Israëlis, Syrorum fiducia superbientibus, triflissima quaeque per prophetam annunciat. Quae igitur ut faciat ille, vtitur non proprio sed figurato sermone; et ita quidem, vt alterum: יְהוָה־חֶנְגָּר, ipse de rege Assyria prope Euphratem regnante interpretetur; alterum vero חֶנְתָּמָן, aliorum iudicio relinquat. Neque sane dubium est, hanc formulam, pari ratione, *impropriam* esse, et *tropicam*; alias enim omni, vt videtur, carceret sensu; sed queritur: quidnam tandem hac tali indicare voluerit propheta? Quidam igitur, imprimis Iudei fere omnes, per *agras Silohae* leniter fluentes, imperium gentis Davidicæ, cuius sensim cepisset taedium Iudeos, intelligent. Ut vero taceam, ne umbram quidem huinius taedii in sacra illorum temporum historia réperiri, ipsum vocabulum τόνι non annuere videtur; plurimis nimis regibus e stirpe Davidica oriundis, ita imperantibus, vt crudelis dicas atque impios. Reclius itaque de Messia explicantur. Namque ex illis, quas supra enarrauimus, patet: quem contemporarent Iudei, fuisse Immanuelem, e virgine nascitum, Cap. VII, 14. Ex quo igitur facile colligitur: *agras Silohae* leniter fluentes, summam esse et copiosissimam felicitatem, Iudeis sub regno Messiae, (nomine Immanuelis insigniti,) promissam, ab illis vero turpiter contemtam; cum tamen certissimum esset propensionis diuinæ signum; quare etiam auxiliis contra hostes, quibus tam maxime premebantur. Tantum quidem abest, vt cum illis faciamus, qui typos multiplicando, rei demum Christianæ consilere cupiant, forte etiam in *aqua Silohae*, tale quid videntes: attamen similitudines quasdam arripiuisse propheta, et a rebus corporeis ad spiritualia, vt ingenium est orientale, et ipsa seruatoris confuetudo, transtulisse videtur.

Haec



Haec vero consuetudo, *vberrimam salutis copiam*,  
 per *aquam* adumbrandi in veteri nouoque Testamento obti-  
 net. Sic enim Ps. XXIII, 2. *beneficia diuina* cum *aqua*  
*refrigerante* comparantur. Idem fere fit Eccl. XII, 3. Tali  
 etiam, et simili modo, in Apocalypsi, *aqua* referit *imagi-  
 nes* copiosissimae salutis, v. c. Cap. VII, 17. XXI, 6. XXII,  
 1. 17. &c. In primis vero solenne fuisse Domino videtur, *uni-  
 versam felicitatis summam*, quae, beneficio suo, humano  
 generi contingit, per *aquam* exprimere. Certe hoc fecit in  
 sermone illo, quem habuisse dicitur cum muliere quadam  
 Samaritana, Io. IV. Loquitur enim de *aqua vitali*, quae so-  
 la reficere animum, atque in perpetuum sicut exsinguere  
 possit. Eodem fere modo in alio sermone, apud eundem  
 Iohannem Cap. VII, 38. hominem credentem et pium, dicit,  
 fore instar fontis sine villa intermissione copiosissime se effun-  
 dentis. Quae cum ita sint, apparet, egregie prophetam,  
 exoptatissimam regni Messiae salutem, qua nec maior villa  
 cogitari potest, nec suauior, nec quae omnia animi desideria  
 magis expletat, *aqua* comparare, qua quidem, ut supra ostend-  
 dimus, in calidis, et ardentissimo sole combustis regionibus,  
 nihil dulcius, optabiliusque invenitur. Cur vero non in  
 vniuersum, *aqua*, sed *Silohae* prae ceteris, vifus sit, ad rem,  
 quam diximus, exprimendam; certum est, virum tantum  
 tamque diuinum, hoc sapientissimo fecisse confilio. Quis  
 enim est, qui non videat, nomen Υἱοῦ commode etiam ad  
 Christum transferri potuisse, qui centies in Euangelio Iohannes,  
 ipse scilicet missum proficitur; talis a Paulo declaratur, Gal.  
 IV, 4. Quin etiam ipso fere vocabulo ἄνθρωπος vocatur, Ebr.  
 III, 1. Neque sane dubitarem τῷ δούλῳ τῷ Θεῷ Io. IV, 10;  
 quae tota τῷ Ἰησοῦ aequipollere videtur, si nimurum de Do-  
 mino ipso interpreteris, huc referre, nihil summi, atque do-  
 cissi-

diffimi viri aduersarentur, qui seruatorem non de *persona sua* loqui putant; sed in genere *beneficium*, mulierculae, atque ceteris Samaritanis, per cognitionem sui oblatum, dicere *donum Dei*. Ceterum etiam hoc obseruandum est; verosimile esse, multa Messiae nomina in Nono testamento obuiam in veteri, Iudeis et cognita fuisse, et visitata in vni vulgari, v. c. ἵξουενες Matth. XI, 3. παρεκλητοι τοις Ισραὴλ Luc. II, 25. σωτῆρος Luc. II, 30. &c. Vnde haud improbabiliter colligere possumus, etiam τὸ θῆλυ, quoniam tam solenne est in novo Testamento, *Christum appellare missum, et a Deo datum*, iam in veteri suffice visitatum et consuetum; et forsitan idem esse, cum τὸ θῆλυ Genes. XLIX, 10.

Haec vero, quae nomen attinent, mittimus, in ipsa fontis natura animaduertentes, quibus adduci poterat propheta, ut potissimum *Silolianum* deligeret, ad rem, quam volebat, significandam. Namque, vt supra monuimus, fons ille copia redundabat aquarum, quae praeter aliam vim atque praeflantiam, eo etiam valere credebantur, ut morbos sanarent. Ad hanc igitur virtutem, sine dubio, respexit vates, cum sibi tropice loqui videretur, et per imaginem ab *aqua* petitatam, exprimere *vim* arque *efficaciam regni Christi*, qui nostris etiam morbis, peccato contractis, medelam adhibuit, Es. LIII, 4. et vulnera, sanguine sui largiter profuso sanavit, v. 5. immo etiam doctrinam diuulgauit tam efficacem et salutarem, vt Paulo teste, Rom. I, 16. sit δωρεας Θεος ιησος σωτηρ.



*εἰς πάντα τῷ πιστεύεται.* Denique supra commemorauimus, riuulum e Silohā deductum tam placide fluere, vt nullus fere strepitus audiatur: et sic quoque in regno Christi vivitur, cuius veri et fideles socii, impios mundi strepitus fugientes, otia solum et secessum in Christo querunt; atque adeo exopatiissima animi tranquillitate fruuntur. Sed, ne nimium copiosi sumus, mittimus omnia, quae adhuc de similitudine imaginis, cum re, quam adumbrare debebat, dicenda forent.

Ex his vero efficitur, vatem largissimam prosperitatis per Christum sperandae copiam, nec melius, nec elegantius quidem, referre potuisse, nisi sub imagine aquae Silohae &c. qua demum demta vniuersi loci haec esse videtur sententia: *quoniam Iudei promissam illis sumnam et abundantem felicitatem, quae certissimum esse debebat pignus auxiliū contra hostes, tam parvi pendunt, ut potius Assyrios fibi adiungere conentur; futurum est, ut per eosdem, tam ipsis; cum Israëlitae de Syris superbe gloriantes, perdantur. Sed sufficiant, haec de aqua copiosissimae salutis imagine differuisse: alio, si Deo videtur, tempore, de summa miseria, per eandem significata ad Loc. Ps. CX, 7. disputabimus.*

Iam

**F**am vero patiare, VIR MAGNIFICE, et MAXIME VENERABILIS! ut nos; alteri, doctrina per te nutriti, adiuti consiliis, et plurimis saepe beneficiis audi, ornatique; alteri vero comitatem tuam et benivolentiam quovis modo, et tempore experti, hoc tibi offeramus, parvum licet et exiguum opus, testem tamen, pignus, et monumentum demissae pietatis, fidei, et obseruantiae. Dubii enim, quam id potissimum re, digna nimurum te, accommodata nobis, efficere possemus; certe non ingratum fore putauimus, si, quae semper pro tua, TVORVMQUE salute suscepimus vota, hoc tanti initi muneris tempore, quod omnium sane suffragio tibi contigisse scimus, ita declararemus, et non modo officiosos nos homines, qui nullum officii munus et tempus praetermittere cupiant; verum etiam sincerissimo animo tibi addidos, cognosceres. Qui vero auctor est omnis verae et perpetuae felicitatis, quem intimo corde dilectum, verbis fallisque probashi, vita deinde omni imitatus es; ille, qua semper fuit benignitate, eadem etiam in posterum tibi adsit propitus; teque meritis sapientiae, pietatis, et omnis virtutis adeo partici-



pem esse velit, ut salus TVA non modo intacta semper maneat; verum etiam maiora iudicis capiat incrementa. Ex hoc igitur fonte saluberrimo, et omnibus fere, quae ad bene beateque viuendum pertinent, abundante, haurias ~~zægi~~ arti ~~zægros~~, ut vires TVAE, ad exactam usque senectutem sicut solidae, et satis diu patriae, Ecclesiae, literis TVIS et TIBI IPSE, viuas.



Pon 2f 106 7

2v

f

ULB Halle  
004 178 165

3



IA-702


an 2 u. an 3 noch nicht aufgenommen



Inches  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

Centimetres  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

## Farbkarte #13



5

A Q V A,  
ABUNDANTIAE IN VTROQVE TESTAMENTO  
IMAGINE.

---

### DISSERTATIO

QVA

VIRO MAGNIFICO ET MAXIME VENERABILI

D. CAROLO CHRISTIANO  
TITTMANNO,

NOVVM SVPREMI ŠAXONIAE SENATVS ECCLESIASTICI ASSESSO-  
RIS ET DIOCESEOS DRESDENSIS SVPERINTENDENTIS

MVNVS

ANNO MDCCLXXXIX. SVSCEPTVM

PIE GRATVLANTVR

IOANNES DANIEL AVGVSTVS HOFMEIER, P. LETZENSIS.

PETER LENZSCH, P. BATINENSIS.

M. SAMVEL MÜLLER, PAST. SVBSTD. MARZAHNENSIS.

M. IOANNES GEORGIVS GOTTHILF WAGNER, P. BLÖHNSD.

M. GOTTLIEB CONRADI, SCHOL. ZAHN. RECT.

ET AVCTOR

M. AVGVSTVS MAVRITIVS RVNGIVS, ECCL. AP. ZAHN. DIAC.

---

### SPECIMEN I.

DE AQVA SILOHAE LENITER FLVENTE.

ES. VIII, 6.7.

---

VITEBERGAE,

EXCVVDIT A. C. CHARISIUS.

5.